

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Iohannis Reuchlin viri clarissimi Encomion: Triumphanti illi ex deuictis obscuris viris**

**Hutten, Ulrich**

**[Hagenau], [1518]**

In trivmphvm Ioannis Revchlin, alias capnionis, ex deuictis theologistis  
colonien

[urn:nbn:de:bsz:31-271826](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-271826)

IN TRIUMPHVM IOANNIS REVCH

lin, alias Capnionis, ex Deuictis Theologiftis  
Coloniē. & Prædicatorū ordinis fratribus

Encomion Eleutherii Byzeni incipit

**D**icat Io, si se nouit Germania, dicat  
Virtutemq; suam dignis concentibus æquet  
Ecce triumphantem excisos Capniona Sophistas  
Et debellatos recipit sua patria fratres.

Nec tamen una capit, quanta est Germania Phorcen

Plena uiri defert, & ab hoc splendore nitescit

Capnio  
nis patria

Integer ille tamen patriæ redit, abiice curas,

Siqua tibi belli est, siue est tibi Phorca gerendæ

Vlla rei, studiumq; unus sibi uendicet omne

Vnus enim decori est. Quod si nunq̄ mœnia posset

Heluetius delere furor, populicq; bibentes

Exiguos Rheni fonteis, & sortis iniquæ.

Te premerent casus, ruerent turrescq; domuscq;

Occideret populus, solo hoc tua staret alumno

Fama super, scirentq; tuum uenientia nomen

Sæcula. Quid ciues fortunam aut arma timetis?

Iandudum est aliquid muro uiuacius isto.

Capnio  
nis imor  
talites

Turribus ac templis istis, tectiscq; domorum

Munera quæ uester uobis largitur alumnus

Inuitis equidem fortunæ osoribus amplæ

Et quibus in uoto est famam allatrare bonorum,

Qualis erat, stat adhuc, stabitq; cadentibus istis

Contemptum in cinerem. Nãq; hac compage soluta

Corporis, ille tamen uiuet. Mors iuris habebit

A iij

## CAPNIONIS

In Capniona nihil, iam uertice sydera tangit,  
 iam diuinus homo uolat, & mortalia temnit,  
 Inuidiaq; sua maior, nec tangitur ulli,  
 Nec curat quenquam merito tu patria gaude  
 Laeta tuo, q; enim genuisti, hæc ille rependit  
 Præmia, ut in seros maneat tibi fama nepotes.  
 Vos etiam ante alios certate & uincite ciues.  
 Vester hic est, & ut est, passim iactare licebit.  
 Quod foret exitio populi, uestroq; parandum  
 Sanguine, desidibus uobis, & pace solutis,  
 Ille dedit, peperitq; suo discrimine famam  
 Nominis æterni, quæq; omne superfit in æuum.  
 Dicat lo, si se nouit Germania, dicat.

Ingeminetq; iterum, bis io Victoria clamat,  
 Inuitatio Et secum clamare iubet Capnione recepto.  
 ad cele Huc iuuenes, huc ite senes, celebrate triumphum,  
 britatem Turba ruat matrumq; uirumq;, & læta puellæ  
 Agmina, compti omnes, & festis cantibus omnes,  
 Serta gerant, floresq; uiuis, & olentia spargant  
 Gramina, dent frondes & primos ueris honores.  
 Dent manibus teneros frondenti ex arbore ramos.  
 Sit demissa uiris toga uestis, sit uaga castis  
 Instita matronis, longæq; uolumina Pallæ.  
 Præterea lectæ peregrino ex æquore bæccæ  
 Inclusæq; auro gemmæ, cum torquibus aureis.  
 Sit stola, sint limbi, uinctoq; monilia collo.  
 Sericæq;, & raræ uestes precioq; coloreq;  
 Et strophium, & capitis uelum, quod cum niue certet.

M A

TRIVMPHVS

4

Quicquid & ornatus, quicquid cultusq; nitorisq;  
 Et quod quæq; potest, & qd sua quancq; facultas  
 Ferre sinit, quæ cuiq; domi stat copia rerum.  
 Candida succinctas cōmendent Galbana nymphas  
 Et zona, uirgineumq; astringens fascia pectus  
 Coraliumq; teres rubicundi insigne pudoris  
 Quæq; alibi molles signant gestamina mores.  
 Hic etiam castas deceant. Sint uertice nudo  
 In terga effusis, quos uerberet aura capillis.  
 Pexaq; contortis circudent tempora sertis.  
 Vna omnes hi uoce canant, uno ore loquantur,  
 Quam sibi seruarunt Capnione superstite laudem:

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.

Vix melior cur dicat Io se causa dedisset,  
 Cæsare ab Euganeis naçto spolia ampla tyrannis.  
 Forte tamē melior, sed non pugnaui in armis  
 Noster hic, haud gladios præfixaq; robora ferro  
 Pugnantis gestamen erat, neq; casside uertex  
 Splenduit, & nullus muniuit pectora thorax.  
 Certatum ingenio est, uicit tot milia solus,  
 Victor ab oppressis Venetis, Galloq; subaçto  
 Citra Athetis tumulos, & onustas nubibus alpeis  
 Terrarum dominus siquando ad uota redibit,  
 Quæ diis persoluat patriis, augustior illo  
 Plausus erit populi, & pro conditione triumphus.  
 Altera tum scænæ facies erit, altera pompæ,  
 Et perhibenda oculis alio spectacula ritu.  
 Fulgidus ipse auro, & curru sublimis eburno,

Digres  
 sio ad ce  
 sarē Ma  
 ximilia  
 num

## CAPNIONIS

Post Venetas se ostendet opes, quosq; Adria longo  
 Tempore, tot spoliis populorum aggressit in, unum  
 Thesauros uehet, & raptas prædonis iniqui  
 Diuitias portabit aqua terrisq; petitas.  
 Et spoliatorum misere patrimonia regum  
 Ibunt & scelerum autores in uestibus atris,  
 Fune ligati omnes, uindictisq; tenacibus omnes  
 Nec se iam Venetos dicent, aut esse putabunt  
 Terga prement equites, atq; auxiliaria belli  
 Turba ducum ereptisq; armis, & ab hoste recepti.  
 Captiui ciues, nitidisque exercitus armis  
 Et quæ non locus est, ut nunc ex ordine dicam.  
 Omnibus argentum Germanis omnibus aurum  
 Ex præda dabitur gemmæq; & purpura & ostro  
 Distinctæ uestes, & si preciosius istis  
 Esse potest aliquid, diuersis tunc quoq; surgent  
 Fixa trophæa locis, uictorum æterna subinde  
 Virtutis monumenta sua, memorabile nomen  
 Sentiet hoc, miroq; feret noua gaudia Rhenus  
 Et se lætitia ripa diffundet utraq;  
 Exultabit agris, & campo ludet aperto.  
 Carolus Qualis erat, cum te reducem uictoricibus armis  
 Magnus Orbe pererrato, uictisque, quot orbis adisses  
 Marte æquo, populis, tumido lætissimus amne  
 Acciperet domitis regnantem Carole Gallis  
 Decq; tuis genti tradentem nomina Francis  
 Aut certe q; lætus erat, patiente supremam  
 Italia cladem, rigida Friderichus ab alpe

Carolus  
 Magnus

# TRIVMPHVS

5

Cum transportaret, Sueuisq; exponeret aruis  
 Terribileis aquilas, mortemq; ferentia castra  
 Sentiet hoc, secumq; Ister feret amne secundo  
 Percussura feros tristissima nuncia Turcas.  
 Vltimus arctoum transibit rumor ad Albim,  
 Isq; tibi gaudebit ouans, hilaremq; perinde  
 Ostendet uultum, & pleno lasciuiet amne,  
 Ac si forte suos iterum cognoscat Ottones  
 Victores Latii, patriam componere pacem.  
 Scilicet excisis Venetis Germania ducet  
 Lōge alium in morem tibi Maxmiliane triumphum.  
 Nunc locus est merito Capnionem inducere plausu. Capnion  
 Ingenioq; uiri dignas persoluere grates. ingenio  
 Ingenii labor est, sint præmia digna labori. triumphat  
 Par animo referatur honos, neue haud sit honorum  
 Auspiciis uicisse tuis, sine Cæsar ouanti  
 Pro lauro molles hederæ decerpere frondes.  
 Quanq̄ etiam lauri, quam tu, cum præmia magnis  
 Confers ingeniis, hac vatum tempora cingis.  
 Non petit ipse quidem, sed nos decerpimus illi.  
 Dicat lo, si se nouit Germania, dicat.  
 Obuiaq; incedat paruæ prope moenia Phorcæ  
 Quanta potest numero Capnioni læta reuerso  
 Ille redux curru uehitur, uictisq; triumphat  
 Hostibus, & secum sceleratæ agit agmina turbæ.  
 Vicit enim, uictosq; iubet se ducier ante  
 Conspiciam populo prædam. Ne quære quis hostis  
 Spectator, mōstra ipsa uides, monstra, omnia mōstra.

B

## CAPNIONIS

Herculea maclanda manu. Sed ab Hercule certe  
 Res acta est, uicitq; senex, uictorq; triumpho  
 Domminici fratres duci iubet, hostibus illis  
 Confectum est bellum. Tum qui adiuuere trahuntur  
 Ante triumphales Capnione sequente paratus.  
 Ex Vbiis delecta manus, tu Tungare frustra  
 Nunc moerens, quicq; insignes Ortuine furores.  
 Attuleras tecum uanam sine uiribus iram.  
 His comes, & belli scelerata ligatur origo  
 Ad Christi temere sectam trahictus Apella.  
 Quem sequitur numero non inenarrabile uulgu  
 Triste Sophistarum, uinctiq; a fune Magistri.  
 Ausi omnes immane nephas, ausoq; repulsi  
 Quos quia nunc spectat manibus post terga ligatis  
 Nil ultra audere, & uictorem agnoscere uictos,  
 Dicat lo, si se nouit Germania, dicat.

Quō peti lam uacuum curis, atq; ambitione solutum,  
 tus Cap Viuentemq; sibi, reliquoq; suauius uti  
 nion Tempore quarentem, studia inter sancta librosq;  
 Lite relegata fessum, effoetumq; senecta  
 Inuasere senem innocuum, nil tale merentem.  
 Caussa uiros mouit, quia nil superesse uidebant,  
 Videle Post Bernense nephas, quo se inquinare liceret.  
 ctor Respexere diu, placuit Capnione reperto  
 Exerere inuidiae stimulos, solitumq; uenenum.  
 lo.pfeffer Sollicitis quo principio se accingere possent,  
 korn iu Flagitio, curas recutitus apostata soluit.  
 daus Consiliumq; dedit, sed uersu dicere durum est.

TRIVMPHVS

A piperis grano germanum nomen adepti:  
 Hunc olim pœnas fugientem, extrema secutum,  
 Opprobriis coopertum hominem, famaq; sinistra,  
 Flagitiiq; reum, simulantem, ac multa uouentem  
 Ad Christi traxere fidem, præstabat in illa  
 Relligione mori, & pro factis soluere pœnas,  
 Quam bellum ac cedas nobiscum accenderelites.  
 Nescio quæ stolidus commenta edenda pararat,  
 Certe aliquas nugas, patriæ secreta relicta  
 Sacra recludebat, iudæosq; igne cremandos  
 Censuit esse libros, passimq; hæc edita iussit  
 Esse palam, populocq; legi, iamq; id fore magnum  
 Crediderat, nugasq; suas laudabit ineptus.  
 Tum dare consilium nostris magnatibus ausus  
 Bellus homo, grauibus caussam de rebus agebat.  
 Contra aliquid noster facto consultus eodem  
 Scripserat, ignarus, quid proposuisset Apella.  
 Arripit hinc ansam, uentum est ad iurgia, mouit  
 Magnum animum ludæus homo, scelus omne refellit  
 Et pro se dicit Capnion, iterumq; rebellem  
 Et quiddam sceleris molitum, insigniter acri  
 Impete congressus fundit, uidistis euntem  
 Fronte humili ciues, audistis humillima uerba  
 Ridiculi capitis, ut qui nil Marte ualeret,  
 Fraude noua peteret, demisso ibi perfidus ore,  
 Pallidus, informis (quancq; est hoc semper) & atra  
 Flebilis in tunica, monachos adit, haud ita facti  
 Ignaros, ut Apella dolo prætendit, ut ipsi

Quõ la  
 cessitus  
 Capnion

B ii

## CAPNIONIS

- Causa** Hoc simulant. Tunc falsa mouet miseratio fratres  
**theologi** Continuo, & bellum Capnioni triste minantur,  
**starum** Ni si qua ediderat, damnet, uerbumq; retractet,  
 Esse aliquid scriptum damnabile, seq; peritos  
 Hinc inde arreptos uarie distendere sensus,  
 Et monstrare nefas, quenc; ignorauerit ipse  
 Eluere errorem, solos se cernere uerum.
- Hoch-** Idq; ab se quæri. Negat ille errasse, paratur  
**stratus** Indiciu, accusat Capnionem, & iudicat idem  
**accusator** Acer Hogostratus, scriptis quoq; lædere quærunt  
**& iudex.** Allexere Vbios fratrum ad se cœpta Sophistas,  
 Vna omnes ruere, & pugnam miscere parati.
- Tūgarus** Pallidus in primis, & olenti Tungarus ore,  
 Vltro scribit opus, cui putidior Minerua.
- Ortuin<sup>9</sup>.** Ebrius Ortuinus scabris se uersibus addit.  
 Deinde alii certant. Hos tu Chryssippe Meneni  
 Non addes populo; uel non damnabis aperte  
 Ostensum nulla Anticyra purgabile uirus;  
 Ridiculum bellum illud erat, sed grande periculum.  
 Ni fatuos ausus & dementissima cœpta,  
 Ingenium, notæq; uiri facundia laudis  
 Ostendat cunctis, Capnioni instabat, & ignis  
 Caussa gerebatur, quam quo grauiore periculo  
 Rem confecit, eo deuicto lætior hoste  
 Dicat lo, si se nouit Germania, dicat.
- Stultitia** Fletum Heraclites risum Democritus iret  
**theologi** Stultitiam immodicam, uel q; se audatia tantum  
**starum** Extulerit, uel q; cui totum insania pectus

TRIVMPHVS

Non Tideat, recte sapere & se dicere credat.  
 Persuasum tamen est illis, sese omnia solos  
 Cernere, quid uerum, quid falsum, quid sit iniquum.  
 Idq; ita non Phcebi tripodas, Delocq; petitem  
 Respondisse deum, Dodoneasq; uolucris.  
 Corniger & siquid libycis in syrtibus Hammon  
 Rettulerit uapido de sole calentibus Afris.  
 Omnia uera minus. Sed nescio, quid mihi tandem  
 Succurrit, reor hoc ipsos, ubi pessima dicunt,  
 Non nescire, sed ex animi contendere atroci  
 Nequitia, ut rectum uertant, iterumq; reuertant.  
 Certe his innatum est scelus hoc, naturaq; primum  
 Insequit, uires paulo post indidit usus,  
 Roboraq; incussit radici, ac remq; uigorem,  
 Nil timidus scelus in quoduis, genitiscq; nocere.  
 Tanquam hæc cum superis habeant commertia diuis  
 Obstrictosq; deos in uota nefaria possint  
 Cogere, cum placeat, uel cum sua dira libido  
 Immaniscq; uelit liuor, mentescq; superbæ.  
 Per fas percq; nefas gerere omnia, dicere, rursumq;  
 Inficias dicta ire, prius confessa negare.  
 Nunquam stare animi decreto. Non ita Protheus  
 Vertit se in uarias species, & uincula ludit  
 Captantum, pluresq; nodos haud nouit eundi  
 In facies multorum hominum Vertumnus, & ora  
 Artibus his pugnam miscentibus obuius astat  
 Noster, & intrepido fatuos secat ore malignos.  
 Emittitq; libros, mordet, laceratq; necatq;.

Theolo  
 gistæ ul  
 tro errāt.

Capnion  
 in Theo  
 logistas

B iii

## CAPNIONIS

Occidit, facit infames, subigitq; tacere.  
 Enumerat scelera, & mores. Prò numina quantis  
 Viribus, ignotus prius, & nil tale putatus  
 Posse, dedit documenta sui, quantuscq; petitus  
 In clypeum surgat, monumento apparuit uno  
 Tum fremere, atq; intra irati se rumpere fratres.  
 Ille exultare, & palmam ostentare retentam,  
 Iudice non modico, cui non sententia præceps  
 Excidit assensu uires Germania latae  
 Addidit, & miro Capnionem euexit honore.  
 Iamq; triumphales iubet introducere currus

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.

Totaq; in occursum Capnioni effusa, frequenti  
 Excipiat plausu uictorem, & læta salutet.

Tam bonus, & uita tam frugi, rectus ad unguem

Vnus homo uicit tot millia, dicite fratres

Apostro Vnde est tantarum uobis prudentia rerum,  
 phe ad Quæ quis uera sciat, nescire ut oporteat illum,  
 fratres. Irrita si uobis uideantur? an impius omnis

Qui non est uestri dicetur sermo cuculli?

An quicquam est, quod uos rarū atq; necesse sciatis

Theolo Lauriger ignoret Capnion? nisi de scobe si quid  
 gistarum Scripturæ legitur, uestræ artes, indita uestris

studia Disciplina animis, quam nec nescire pudendum est,  
 Necscire ingenuum, uel agendis utile rebus.

Quæ uos Eumenides igitur, uel qui furor egit

Summum hominē pugnam legisse potissimū ad illā:

Si certare libet, uel si superare docendo,

Vestri aliquem similem de uestra afferte farina  
 Væcordes, quid enim superis conferre paratis?  
 Effractoq; louem in terras detrudere olympos?  
 Nec cerebrum uobis, nec pectora sanior esset  
 Quanq̄ tot furiis rationi ereptus Orestes.  
 Sanior, occisum quæ Penthea portat Agaue.  
 Nemo ita delirus, uemo a se alienus, & extra  
 Se positus, qui non errorem agnosceret illum.  
 At sapere hoc uobis, & (quæ dementia uestra est)  
 Mentis opus uisum est sanæ. Nam spiritus aiunt  
 Quod nunquam poteras ullo didicisse magistro,  
 De sacra quoties est religione loquendum,  
 Simpliciter doctis, tantum credentibus inflat  
 Spiritus hoc sanctus? certe is, at cur potius non  
 Quicquid in hac dictum est a uobis lite, uel actum,  
 Phantasmus hoc uoluit somni prædicere frater?  
 Aut uariis noctu Morpheus? fallaxq; Phobetor?  
 Nanq; quondam inter carpenteis pensa puellas  
 Sæpe aliquid simile, & uestris æquabile nugis  
 Audiui tenuiq; puer. Didicistis aniles  
 In triuiis arteis, & sanctus dicitis illud  
 Spiritus infudit, qui si inspirare uolebat,  
 Cur non hoc potius Capnioni a labe remoto  
 Sancto homini? cuius uitam non polluit ullum  
 Dedecus, in cuius mores nil præter honestum  
 Venit, at est animus multa illustratus ab arte.  
 Aut si sanctus is est dicendus, qui dedit istud,  
 Quicq; noui semper quiddam uel hiantibus inflat,

Theolo  
 gix de  
 Spiritu  
 sancto

## CAPNIONIS

**Attende** Dicitē qui fuerit, qui sacrum armare ueneno  
**F. Prædi** Edocuit Christi corpus, mortifq; medelam  
 catorum Exitii causam facere, & fomenta salutis  
**scelera** Credita perpetuæ, in crudelem uertere cædem  
 Num male nota canoꝝ male nota. Sed occidit illo  
 Septimus Henrichus gladio, mixtamq; perenni  
**Henric⁹** Cum uita interitum mensis accepit eisdem,  
**Imp. sacra** E manibus Pauline tuis. Non hoc scelus aiunt  
 mento in Nostrum est, qui multis successimus annis.  
**toxicatus** At uester cocus ille fuit, qui miscuit artis  
 Condimenta nouæ. Semel inquis fecimus illud.  
**Bernenſe** Berna negat, scelerisq; affert monumenta secundi,  
**nēfas** Tempore iam nostro. Tum uos uisisse sopito  
 Vulnera lessero, & sanctum uoluisse uideri,  
 Francisci fratres iactent ne scilicet ultra  
 Autori concessa suo hæc insignia soli.  
**F. Wigā** Fert eadem simulata deum responsa, iocosq;  
**di Wirt** Mentitæ Mariæ, per uosq; infecta ueneno  
**imensum** Sacramenta palam monstrat, scelerata Vigandi  
**scelus** Vox habita ad populum, diroq; asserta libello,  
 Deinde remansa labris, conceptam in crimine matrē,  
 iam uetus historia est. Quod galla Lutetia narrat,  
**Parrhisiē** Vnius est anni, quoddam de plæbe cadauer  
**se delictū** Restituisse animas, uestrasq; ut crederet arteis  
 Decepisse rudem populum, poenasq; dedisse.  
 Uestra hæc sunt, & adhuc alios deposcitis ignis.  
 Num ueniæ locus est: non est locus. Vrite flammæ,  
 Et si non æquum est, solo in Capnione furenteis

TRIVMPHVS

Tot saltem uitis dignos necis, urite flammæ  
 Domminici fratres, morbosam exurite gentem.  
 Tot scelerum autores. Tu qui Capnione subacto  
 Arsurus fueras, dignam roge concipe flammam.  
 Ite omnes, conferte struem, componite fasces.  
 Dedecus immodicum flamma ulciscemur in illa.  
 Ferte picem, miscete fasces, date sulphura ciues.  
 Et reliquum uulguis pœnis abolete secundis  
 In Capnione nocens, & adhuc grauiora relictum  
 Dedecora auferam, lætos tamen ille triumphos,  
 Et plausus ferat ante suos, læteq; ferenti,

Dicat Io, si se nouit Germania, dicat.

Nec det Hogo stratto in populo componere lites,  
 Aut damnare bonos, funesti e fauce latronis  
 In fonte is animas rapiat, sed iam ille ligatis  
 Post tergum manibus, frendensq; & uincula mordens  
 Conspiciendus adest uenienti Phorca triumpho  
 Da pompæq; locum, foribus sint templa reclusis.  
 Sint ornatae omnes quibus hostia concidat aræ  
 Sparge uiis flores, uernali gramen odore  
 Disiice, priuatas ostendant singula posti  
 Serta affixa domus. Vos quicquid nobile ciues  
 Quicquid habetis opum, ruite e penetralibus imis.  
 Quicquid inest pulchri, quicquid mundi uenustiq;  
 Utq; ea spectentur, sublimibus edite tectis.  
 Pendulaq; e pictis hinc inde aulæ fenestris  
 Ornatura latus demittite parietis ampli.  
 Vos quoq; finitimi speciem hanc augete Sueui.

Inuehiit  
 in Prædi  
 catores

Fr. Iacobus  
 Astaro  
 thus inq;  
 sit. hæret.  
 prauit, ha  
 bitus

Paratus  
 triūphal.

C

## CAPNIONIS

Vestrarumq; aliquod date signum diuitiarum  
 Et festum celebrate diem, celebratioꝝ ibit  
 Vix alius, qui uera magis det gaudia uobis.  
 Vos ornate urbem, proprioq; extendite cultu  
 Mcenia. Vos portas uectroq; aliunde paratu  
 Conspicuo muros, turreisq; implete domusq;  
 Vester honor, uestrum decus est, uobisq; propinquo  
 A Capnione redit, q̄ nobis gloria maior.  
 Prodiit a uobis. Omnes audete Sueui,  
 Vestrum ornamentum plausu iactare superbo.  
**Ad Sue** Hunc præferte aliis, solitosq; excellere solos  
**uos** Ingeniis Italos, fama ferte esse minores.  
 De primisq; alicui uestrum componite ciuem.  
 Nos etiam audemus. Germaniaq; obicit omnis  
 Id Latio decoris, fulgentemq; omnibus horis  
 Tempore perpetuo, pro se & pro laude suorum  
 Ostendit lucem, & monachis sinit ilia rumpi.  
 Inferior tamen hoc reliqua est Germania uobis,  
 A Sueuis toti decus hoc q; prodiit unis  
 Dicat lo, si se nouit Germania, dicat.  
 Victoremq; suum nullo fraudetur honore,  
**Fercula** Iam celebri pompa spoliis curruq; propinquum.  
**in trium** Prima uehunt iuuenes tabulasq;, & signa, colossosq;  
**pho Cap.** Armaq; deuictorum imbellia, sumptaq; furtim  
 Instrumenta uiris, telum imbecille, librosq;  
 Et spolia & fracto figenda ex hoste trophæa.  
 Mille argumenta hic, & mille feruntur elenchi.

TRIVMPHVS

70

Et multis nocuum murmur, linguæq; prophanae.	Arma
Sacrilegæq; manus, promptiq; inuadere ricus.	theologi
Exertiq; labris dentes, nasiq; recurui	starum
Luminæq; obliquum deflexa superciliisq;	
Contractæ frontes, oculiq; horrenda tuentes.	
Liuidulæq; genæ, & rabiosa silentia pressis	
Intercepta labris, pleniq; errore Cuculli.	
Et sæui simulacra ignis, quo perdere sueti	Ignis
Infonteis animas, atq; utiliora docenteis.	
Prandiæq; & luxus, uentreſq; unctiq; catini	Crapula
Et lances lapidæ & pandi nidore palati.	
Tum scelera & labeſ & morum monſtra ſuorum	Vide
Parrhiſiumq; nefas, & reproba uerba Vigandi	
Et quam Berna dedit nouitas, ſibiq; ipſa malorum	Berna
Conſcia corda, doliq; agiles, & iurgia, & iræ.	Cõſciẽtię
Venditæq; in populo leuiſ indulgentia Romæ.	Indulgen
Crimen Hogoftratti & qua ſe falſarius arte	tia.
Muniit Arnoldus, dehinc qua ueterator Apella	Hochſtr.
Proditione dedit cauſſam belloq; triumphoq;	Tũgarus
Improbæq; Ortuini Muſa, & lutulentus Apollo.	Pfeffer
Factioq; exitialis, & auſa calumnia multum.	korn.
Et rapti precio tituli, nulliſq; negata	Ortuin⁹
Nomina docti culis & opinio uilis honorum.	uerſifex.
Sanguineiq; ſtyli, & multis funeſta papyrus	
Et Plutei infames, graphiumq; & inutile tempus	Ambitio
Conſumptum ſtudio, & citra ullum induſtria fruclũ	theologi
Quæq; capax ſclerum eſt in pingui mantica tergo	ſtarum.

C ii

## CAPNIONIS

Numina His armis soliti in magnis progressibus uti,  
 Theolo Fraeta dolent, spectantq; uehi, quæ deinde sequuntur  
 gistarum A se oratarum simulacra erecta dearum.

A quibus auxilia, & ccepti munimina belli  
 Sperauere rudes, quibus ambitiosa quotannis  
 Thura precesq; ferunt stolidi, quæ numina primo  
 Constituere loco quarum omnes resq; minasq;  
 Cœpere auspiciis quibus & siquando secundis  
 Casibus e bello reditum furisq; fuisset.  
 Grata relustratis posuerunt munera templis.

Superstitio Prima superstitio est, contemptu ignauior omni  
 Tota pusillanimis, digna atq; indigna ferendo  
 Anxia, tristis, iners, manibusq; ad sidera passis,  
 Omnia credenti similis, similisq; sequenti.  
 Sæpeq; respiciens, timido abiectissima uultu,  
 Multa putans, puerile loquens, alta omnia sperans,  
 At nihil inquirens, uersata in sorde lutoq;.

Barbari Hanc primo posuere loco. Sedet aree secunda  
 es Rustica Barbaries, tota aspera, tota rebellis,  
 Horrida, uilis, atrox, contempto sordida cultu.  
 Omnis munditiæ fugiens, fugiensq; nitoris  
 Lautæ nihil, nihil urbanis se moribus aptans.  
 Neglectæ rationis egens, stat pectore crasso.  
 Fert sublime caput, perplexæ in uertice uepres.  
 Impexiq; rubi, totoq; in corpore sentes.  
 In toto stimuli, manuum sunt arma pedumq;  
 Extantes, solidiq; & acutæ cuspidis ungues.  
 Et mucronatæ circum fera pectora spinæ.

Ora situ squalent, in olenti est squama palato.  
 Plumbea lingua iacens. Ea diua inamabilis ultro  
 Nec quencq̃ uocat, & nulli se adiungere certat.  
 Sacra deæ primi faciles fecere Sophistæ.

Tertia in extructo sedet Ignorantia lecto  
 Languida, deses, iners, & obesa in gloria uentre  
 Impetuosa, uorax, semper leuis, ebria semper.  
 Digna odio, deformis, hebes, rudis, omnia iactans.  
 Non aures, non illa oculos habet, utitur una  
 Plus nimio lingua, sunt ora explere ferinam  
 Vtilia ingluuiem, nullum est in fronte cerebrum  
 Nullus inest sensus, manibus pedibusq̃ uagatur  
 Incertum, tenebris gaudet, nutritq̃ profunda  
 Obscuros in nocte uiros, geritur ordine nullo  
 Res, nullocq̃ modo, sæpe hæc sibi displicet ipsi.  
 Miraturq̃ uiros, qui q̃ sua numina adorent,  
 Accipiunt titulos, doctiq̃ in plæbe putantur.

Ignorantia

Obscuri  
 uiri

Quarta loco misera inuidia est, turpissima rerum.  
 Non despecta tamen, sed culta frequentibus aris.  
 Domminici primo dignantur honore sodales.  
 Ipsa ascendenti similis, summumq̃ petenti.  
 Torua, minax, truculenta, furens, nisi pelle tegatur,  
 Ossea macra genas, neglecta pallida somno.  
 Tristis, inops, sine ui semper, mcestissima semper.  
 Prompta nocere bonis alieno læta dolore.  
 Læta malo, cuncq̃ haud possit, quos perdere uellet,  
 Quassatos acuit tacito sub murmure dentes.  
 Sanguinis huic nihil est, nihil intra uiscera succi.

Inuidia

C iii.

## CAPNIONIS

Felle uiget solo piceiq; alimenta ueneni  
 Esuriem uincunt. Sed cum sine tegmine tres sint,  
 Hæc ferrugineo sola est uelamine cincta.  
 Fercula spectastis, sceta armis, sceta ruinis  
 Quodq; hosti spoliū, quæq; est ablata supellex  
 Hosticæq; ut ueris concedant numina diuis.  
 Idq; fuit gratum. Nunc deinde sequentia ciues  
 Aspiciat, atq; hilari Capnionem accersite plausu.

Dicat lo, si se nouit Germania, dicat.

Quod cupiit, factum est, depressa minacia fratrum  
 Colla tulere iugum, tum quæ seruire negabant.  
 Ceruices, domitæ sunt in spectacula coacti  
 Et rabidi fratres, & amantes uana Sophistæ.

Schola Lugeat, & planctus Agrippinensis acerbos  
 Theolo. Det schola, humoq; oculos lugens defigat, & huius  
 Coloni Pœnituisse mali, det signa, & aperta relinquat.  
 ensis Erroris monumenta sui, ueniamq; precetur.  
 Et pacem infelix undeunde extorqueat, oret  
 Dedat captiuos etiam, sua crimina, fratres  
 Domminici, toruolq; nefas crudele Sophistas.  
 Dedat opem si quis tulerat, ferat omnia supplex,  
 Fœdus adorato saltem ut Capnionem reportet.

Fr. Iacob<sup>9</sup> Quam mallet laqueo uitam finisse, uel ensi,  
 de Hoch Quacuncq; impellente manu, latus obdere apertum  
 straten. Teter Hogostrattus, q̄ pompa inducier ista.  
 Sed neq; perditior neq; flagitiosior alter  
 In Capniona fuit, tunc, cum tu perditie iudex  
 Lectus, & absurdis in litibus arbiter esses

TRIVMPHVS

Idem accusator. Dic quo uasane pudorem  
 Fert omnem tibi liuor edax; Iperdite uindlis  
 Nexeferas post terga manus, da grata ruenti  
 Ante tuos tractus socios spectacula uulgo.  
 Ite deis inimica cohors, tamen ite, Sophistæ,  
 Obscuri prodite uiri, turba indiga lucis.  
 In nullo uersata die, prodite Sophistæ,  
 Lustrales animæ, scelerisq; piacula tanti.  
 Ite graues Monachi, nam quæ mora; conuolat omnis  
 Ut uideat populus. Vos nunc miracula recte  
 Facti estis, parta est nunc primum gratia uobis.  
 Verum inter socios sapientum octauus, & alto  
 Tertius e coelo lapsus Cato, nomine gaudet  
 Diues Hogostrattus peregrina ab origine sumpto.  
 Vel Cato uel Cacus dicetur, sed puto Cacum  
 Ore exhalantem furiales dicere flammæ  
 Præstiterit, sanctis inimica incendia Musis.  
 Mandentem cruda, & libros, ipsosq; uorantem  
 Librorum autores. Vome perditæ, & egere sumptos  
 Assueta plus parte cibos. Confundite succos  
 O medici, miscete herbas, absorbeat ager  
 Bis duo ueratri pondo. Nisi uiscera purget,  
 Vix equidem speres isti super esse triumpho.  
 Ut fremit ut ferus est, ut se indignatur in istis  
 Spectari choreis, ferroq; & fune ligari,  
 Excorni iam fronte minax. Da cornua fronti,  
 Da digitis ungues, uæcordem Iuppiter arma,  
 Ut quantum est iræ, tantum sit roboris, ibit  
 Sæuior excitis Bemorum e montibus urfis,

Obscuri  
uiri

Vide

Purgād<sup>9</sup>  
ab ifania  
Hochstr.

Sæuitia  
Hoch  
strati.

## CAPNIONIS

Tigrideq; hyrcana, si quando amiserit absens  
 Imbelles catulos, pœnos superare leones  
 Qui possit furor est, Afroq; ferocior angue,  
 Et morsu petere, & iaculari e fauce uenenum.  
 Dic aliquid sacra de religione deoq;  
 Dic hospes magna de re, clamabit ad ignem,  
 Et subito damnare, uolet, si scripseris, idem  
 stratus ad Et te scribentem, & scriptos abolere libellos  
 ignem Igne uolet, poscet flammam, clamabit ad ignem.  
 Si uerum est, ignem, si falsum scribitur, ignem.  
 Si iustum est, ignem, si iniustum quod facis, ignem.  
 Igneus est totus, uorat ignem, uelcitur igni.  
 Igneus est pulmo, spiratq; e gutture flammam.  
 Igne iecur, stomachus calet igne, ipse omnia adurit.  
 Quod loquitur, flāma est, flāma est, qđ scribit ad ignē  
 Semper in ore gerit, prima hæc atq; ultima uox est.  
 Igneus est nasus, duræ sunt lumina frontis  
 Ignea, candenti cor e carbone coactum est.  
 Ipse etiam in uinclis ægre se continet, ignem  
 Quo minus exclamet, uolet hunc ardere triumphū  
 Se medium quoties quicq; audit, clamat ad ignem  
 Et quoties legit, atq; aliquos hoc perdidit igne.  
 Hanc bissex iuuenes ferratis cogere uinclis  
 Non potuere feram, solo a Capnione ligari  
 Sustinuit, quanq; sæpe ingeminaret ad ignem.  
 Euomeretq; ignem. Non se peiore tuetur  
 Ignis. Igne triceps lycio metuenda chimæra colono.  
 Hoch- strati Non ita qđ Cacus, nō quod spuit Aetna timendū est.

Appetiturq; metu Typhoea flamma minori  
 Quo se, quo mundum Phaeton pene ufferat igne,  
 Et quo Troia perit, minor est. Nec uincitur illo  
 Colchides Aemonium quem flant in Iasona tauri.  
 Aut quo Eumenides, uel quo se Cerberus armat.  
 Scilicet hoc uno nihil est uiolentius igne,  
 Si successus alat, si se fortuna furori  
 Misceat, & quantum est iræ, uis tanta sequatur.

Dii te agitent Ortuine nephas, ut tu in capite isto  
 Virus habes, urisq; oculis, ut tu omnia uisu  
 Consceleras. Naso uates quem carmine pingit  
 Inuidiæ uultus, non multum abludit ab illo.  
 Ne mihi dic studium, ne dic mihi pessime uitam.  
 Neue inconcinnos mores uerissimus index  
 Omnibus est uultus, qui te docet esse malignum.  
 Esse leuem, semperq; malum, semperq; paratum  
 Officere. Vt taceas, quid iam septem egerit annis,  
 Forsitan haud dicam, dicam haud, at uerius omni  
 Coniiciam uero, te cuncta audere, nihilq;  
 Posse negas: at te produnt tua carmina, sed cur  
 Crimina non potius? Neq; enim uideoq; legoq;  
 Putidius quicquam, totum infla uersibus utrem,  
 Infla ambas buccas, ut te uno carmine uincat  
 Buschius, aut aliquis Musarum mactus alumnus.  
 Isq; tuis similes, si quid certaueris, uno  
 Mille die uersus faciet. Tu te esse poetam  
 In populo iactas: quia quo te insania ducit,  
 Huc potes emuncto pituitam mittere naso.

D

Ortuin<sup>9</sup>  
 Gratius  
 Dauentri  
 enlis

Ortuini  
 uersus  
 pessimi

## CAPNIONIS

- Carmen aiscribo, dicam indoctissime carmen,  
 Quod pecus Arcadiæ pecora inter inertia rudis  
 Et quod cantat Epops, & quod feralis ab alto  
 Nunciat Afcalaphus, tibi non rudiore Minerua  
 In Sicula Polyphemus aqua contendere posset.  
 Quæ cum ita sint, cur tu Capnionem inuadere mauis
- Furor** Qz furere ista domi, & tecum insanire seorsum?  
**Ortuini** An potis es furere hunc intra conclaue furorem?  
 Non sum ait, exerce miseris latratibus ergo  
 Et linguam & dentes, & quæ tibi plumbea uæna est.  
 Aude iterum, cernite nefas, fure, corripe, morde.  
 At si quem punire statim pia numina uellent,  
 Cum tabula, capsisque tuis, pluteoq; librifq;  
 Ambustum facerent, collapsio desuper igni.
- Falcinan** Aspice, ut intorquet uultum, oculosq; minaceis  
**Ortui** Improbus, & quærit furiali offendere circum  
**ni oculi** Intuitu. Quod si saluos nos esse uolemus,  
 Licet ades, frontemq; liga, ne falcinet omnes.
- Arnold<sup>9</sup>** Inuitus saltat concentum Ortuinus ad istum.  
**de Tung.** Sed gratum est unum hoc, socioq; Tungarus illi  
 Agmine contigerit, contra Capnionis honorem  
 Præuia q; tulerat magno uexilla tumultu.  
 Et duce Hogostratto sæuibat in ordine primus,  
 Ortuino perflante tubam, doctoq; sonoro  
 Aere ciere uiros martemq; accendere cantu.
- Scripta** Ausus hic in Capniona libros conscribere, passim  
**Tungari** Edidit in famam, relegiq; a Cæsare iussit.  
**in Capni.** Ocia Cæsar habet, uacet his ut inepte fabellis?

Vtcrius tamen infanis, flammamq; minaris.  
 Errat enim exclamas Capnion, iterumq; ais errat.  
 Hoc abs te dici capitale est Tungare, cum te  
 Tota errare uia, cuncti uideamus, at illud  
 Propositum est, ut fama operis te proferat huius.  
 Atq; isti certasse uiro te utcunq; feratur,  
 Egregium ducis. Tanti facis improbe famam,  
 Artibus ut prauis, foedo ut certamine quaeras?  
 Forte parum fuit hoc, q; adhuc falsarius audet  
 Deprauare libros, sanosq; inuertere sensus,  
 Vnde alicui possit Capnion errasse uideri  
 Mallem ego perpetuae ciues obliuia famae  
 Q; sic esse super, q; sic mihi quaerere nomen.  
 At quia signa tulit, quia primus atrociam sumpsit  
 Arma, tulit pretium iam nunc certaminis ingens  
 Tungarus, & gaudet saltem a Capnionem notari  
 Qui te pestiferis iaculis petiere, tuamq;  
 Non extinguibili famam liuore secantes  
 Mortem affectarunt, his tu sanctissime uitam  
 Ingenij largiris ope: his tu tanta refundes.  
 Praemia, ut his moueas aeternos nomen in annos?  
 Poscit enim quocunq; modo immortalis haberi  
 Tungarus, & scelere hoc, quia non uirtute meretur,  
 Accipit, inq; tuis fert poni utcunq; libellis.  
 At tacitus dolor est, q; sanctis moribus illud  
 Non potius capiat quodq; haud facit, haudq; laborat,  
 Vellet habere tamen. Vis magnum Tungare nomen

Tūgarus  
 ad famā  
 adspirat

Digres  
 sio ad Ca  
 pnionem

## CAPNIONIS

- Vis memores nos esse tui,uis sanctus haberi.**  
**Nancq̃ ita uelle scio,atq̃ istis hoc moribus ambisq̃**  
**Quin bibis helleborū,& qb̃ hic furor exeat herbasq̃**  
**Somniū Cum quateres dextra tedam in Capniona perunctā?**  
**Tungari Nocte ferunt media patriam tibi uoce minanti**  
**Iratae similem,similem ulcisciq̃ uolenti,**  
**His uisam monitis.Quo tu in quem turbine præceps**  
**Quo Catilina ruis? quo te furor impius urget?**  
**Qua pice,sulphure quo,cladem minitaris iniquam,**  
**Arsuras succincte faces? tu ne alta superbæ**  
**Teutoniæ ornamenta paras consumere flammis,**  
**Pernicies patriæ? nescis heu perditæ,nescis**  
**Quem tu hoc igne petas.Sed nec tibi coepta uetantis**  
**Consilium matris,neq̃ notus profuit error.**  
**Infanire tibi libuit,libuitq̃ perire,**  
**His furiis,istocq̃ odio quod te secat intus**  
**Nec si te affligas,aut si te ruperis intra**  
**Viscera,perficies,quo te minus omnibus annis**  
**Omnis posteritas odio condemnet acerbo,**  
**Execrentq̃ tuum uenientia secula nomen,**  
**Summum ob flagitium,& Magni Capnionis amore,**  
**Quem petis inuidia,de quo spolia ista reportas.**  
**Insultatio I nunc aude iterum diuinum incessere uatem.**  
**Aude acri certare uiro,& uirtute potenteis**  
**Insectari odiis,aude insulsissime scriptis**  
**Tungari Munitam inuicta uirtutem excindere famæ.**  
**scripta Quo studio,qua ue arte miser,qua ui genioq̃**  
**Scribis,ut istud opus uenturo tempore quenquam**

Qui legat esse putes, & olentes ster cora libros:  
 Diis miser iratis & parca nate sinistra  
 Quos cadis in laqueos: ex quo tibi gloria cecepta  
 Sperata est, hinc poena redit. Phlegethonte sub imo  
 Nulla aperta legit crudelius ilia uultur,  
 Intolerabilior nulla est rota, nullaq; peius  
 Tantaliã mouet unda sitim, leuiusq; feruntur  
 Horrida Syfiphias saxa exercentia uires,  
 Quã poena est, quanq; hæc q̄ te intus & in cute rodit  
 Conscia mens scelerum, cruciatq;, ac uiscera mandit.  
 Dissimulare tamen uis, & nil tale uideri.  
 Quæ tibi præcipua est uersutia, nataq; tecum,  
 Contra q̄ facis, & q̄ tu es, componere uultum,  
 Obstipo capite, & panda ceruice, oculisq;  
 In terram fixis, sanctos præmittere mores.  
 At qui te norunt, morosum difficilemq;  
 Impurumq; uocant, simulatoremq; peritum.  
 Et nugatorem, tumidumq; atq; oris amari.  
 Idq; palam sensit Capnion, ultusq; repente  
 Has tibi compegit manicas, hæc uincula capto  
 Intudit, inq; suo iubet apparere triumpho.  
 I miser, ut spectere miser. Verum esse laborat  
 Vincit Apella miser tecum, lateriq; propinquum  
 Se conferre tuo. Sinis hunc tecum ire: potesq;  
 Huic par esse loco: possum inquit. Nam dedit illi  
 Quosdã olim monitus, quiddã hoc didicisse magistro  
 Tungarus ipse refert, tuncq; est armatus ab illo,  
 Cum pugnam aduersus Magnum Capniona pararet.

Macera  
tio Tun  
gari

Cōsciētia  
Tungari.

Dissimu  
lator Tū  
garus.

Ioannes  
Pfeffer  
korn lu  
dæus tin  
ctus.

D iii

## CAPNIONIS

**Pepcor.** Dux fuit Arnoldus coeptorum, hic prodidit hostem.

**nus pdi** Non equidem melior, non es tu Tungare purus

**tor Cap** Hoc magis ingenio. Sed me prius omnia perdant

**nionis** Numina, quæ patiar nebulonem hunc ire superno

Vertice, & euinctis sublimem insistere plantis.

Et coelum spectare oculis, istoque triumpho

Esse homini similem. Fure nunc canis improbe, tuo

Nunc fera dente seca, sumpto nunc percute cornu.

Et Sueuum, & iuuenes pro Sueuo tela ferenteis.

**Pepcor.** Huc mihi (nãque meum est hunc instaurare triumphum)

**quõ tra** Carnifices clamate duos, uos omnibus armis,

**hẽdus in** Vos cruce, uos laqueis, & adacto funibus unco,

**triũpho** Hanc mihi carnifices operam date, ponite primum

Ut facie in terram uersa, genibusque supinis

Nec coelum aspiciat, nec nos contaminet istis

Attactos oculis, quoniamque impura locutus

Mordeat ore solum, & quiddam de puluere mandat.

Quæ mora carnifices? qui uos huic ore retorto

Excipitis linguam, magnorum prima malorum

Semina, ne medio possit non fanda triumpho

Dicere? quin nasum atque ambas auellitis aures?

**Pepcor.** Inferitisque uncum pedibus? trahitisque supino

**unco tra** Poplite, uerrentem facieque & pectore terram?

**hendus** Proderit excussos et iam disperdere denteis,

Nec maneat labris quo quenquam lædat in istis.

Interea, quanquam trahitur post terga redactis

In ferrum manibus, digitos truncate supremis

Vnguibus. Immane est (dicit mihi Tungarus) istud

Immane est. At uos tormento immaniꝯ omni  
 Ausi estis facinus, læto committe triumpho  
 Hūc saltem integrum, ne moestū hæc gaudia mōstrū  
 Turbet. At hic nemo est, cui sit miserabile, quicquid  
 Contigerit uobis. Vestri miseratio nullos  
 Hic mouet affectus, rident pueriq; uiriq;  
 Et faciles doluisse nurus, facilesq; puellæ.  
 Vna omnes rident, plausuq; fauente sequuntur  
 Hunc ludam appensis pedibus, tractumq; supino      **Pepcor.**  
 Occipiti, & scabros reuomentem in sanguine denteis      **ludas**  
 Confossumq; unco, lingua nasoq; carentem,  
 Atq; exarmatum digitis, auresq; uidentem  
 Ante suas nuncq; uisas. Num perfide malles  
 Non fugisse necem meritam pro crimine pœnam,  
 Quam nunc esse miser? Sed quæ tibi ferrea mens est  
 Lætari uidisse prius te semina dante  
 Te caussamq; malis Capniona quiete carentem.  
 Turbatumq; senem, lachrymasq; in plæbe refusas  
 Pro condemnato, punitosq; igne libellos.  
 At tu, cui gratum est omnem turbare quietem,  
 Et miscere uiros paci q; inducere bellum.  
 Vt Christi discorde pecus pastore uagetur,  
 Nam neq; tu Christum (simules quanq; oia) seruas.      **Pepcor.**  
 Quodq; aliquid tulerit Capnion, nunc aspice eodem      **quõ de**  
 Lumine uictorem, teq; hoc in puluere tractum,      **Christo**  
 Pectinibus patulis, aptoq; ad uerbera tergo,  
 Conscindi flagris, & iniquo fusce domari.  
 Qua cum te inuidia misere cruciaueris, intra

## CAPNIONIS

Ilia tabescas, & lenta morte supremam  
Exhales animam, multis exempla daturam.

Mogūtia Huc agit ingenti celebris Moguntia plausu  
Vrbis monstra suæ, bene de Capnione mereri

Ioannes Non nunc incipiens, commotacq; eiicit ira  
Bertram Te Bertrame odio dignum caput, omnia nisum,  
de Naum Omnia conatum, siquid conuellere posses  
burg ple/ De Capnione bono. Sed dic cur pessime tandem  
ban<sup>9</sup> Mo lam cupis in studiis quicquam elaborasse uideri,  
guntinus: Cum uita fuerit studiorum nulla priori  
Cura, nec ullus amor? Quid uita fecit in omni?  
Christi pauit oues. Immo hunc crapulosa uorago  
Pauit aqualiculum, quencq; hanc uix portat in urbem  
Cura saginandi semper fuit unica uentris  
Cernite glutones, comedones, cernite uentres  
Vestrum hic opprobriū. Bene pastū hunc, & bñ potū  
His ego coniunxi sociis, palearia pendent  
Pectus ad extremum, collum caput urget obesum.  
Vix aliquid loquitur, loquitur tamen, omnia nostræ  
Partis in exitium, quod Dii prius omen in ipsum  
Conuertant, recidantq; suæ dira omnia linguæ.

Bartholo Quo te uenter agis? quin hunc odiiq; malorumq;  
mæ<sup>9</sup> Ze Adiungis socium? Mitte huc te uipera, ferro  
hēdner q Inde manus, dignumq; puta si fune ligeris  
& Deci Siue cathenatus Magni Capnionis ad urbem  
mator dī Tractus eas, neq; enim peiori canduit alter  
conciona Inuidia, nulli rupit magis ista quietem  
tor Mog. Cura, atq; iste dolor, Sta nunc Decimator in illa

TRIVMPHVS

Sublimis cathedra, diris clamoribus aureis  
 Nunc rudis infesta populi, atq; in simplice turba  
 De Capnione refer, uigila, cruciare, diurnis  
 Arde suppliciiis, nocturnum abrumpe soporem  
 Illa duc, tacitos gemitu testare dolores.  
 Palle hac inuidia, & quoniam clamare uetaris,  
 (Quæ fuit una tui liuoris, & una nocendi  
 Infita uis animo) lento consumere tabo  
 Ad Capniona nihil clamor tuus, & tua præceps  
 Pertinet ira nihil, liuor nihil, & nihil huius  
 Palloris rabies. \* Sed quo te Mayre ponam  
 Petre loco? quo ue ore tuos pro tempore req;  
 Exponam mores? Tu qua se Mogus in urbem  
 Fert mediam, partim de Francis nomen habentem,  
 Partim a Saxonico dicentem moenia bello,  
 Ingens iracunde malum, summumq; citasti  
 In populo furiose nefas tantum infima plæbes  
 Et uulgi muliebri animi dedit, auxit auaræ  
 Impetus inuidiæ. Qua nunc uanissime rumpes  
 Materia iecur hoc? quo ue exercebis amaram  
 Ex odio linguam? quo nunc sermone placebis  
 Huic populo? quæ dente petes? quæ ue ore maligno?  
 Quandoquidem licet in Capniona nihil, nihil ista  
 Amplius in caussa. Quantum est potuisse furentis  
 Iudicio uulgi, stolidæq; placere cohorti.  
 At si quando tibi ridet leuiora loquuto,  
 Aut si quando oculos fanti lugubria tergit,  
 E populo quisquam, uel de mulieribus istis,

\*  
 Petrus  
 Maier  
 pleban<sup>9</sup>  
 Fräcofor  
 diensis

Vanitas  
 Petri.

E

## CAPNIONIS

Tum sublime caput, tumefactaq; nubibus effers  
 Labra tenus, plaudisq; manu, molliq; triumphas  
 Continuo gestu, tunc te hæc suggesta, tuumq;  
 Vix capit hoc regnum, tunc tu omnia uoce lacessis,  
 Omniaq; exuperas, & inanem percutis auram.

Tunc tu uictor ouas, & tanquam e cæde recenti  
 Poscis ferta redux, lauricq; e fronde coronam.

Hosq; inter plausus, & in hac nequissime pompa

Vix humilis dici Galilæi e plæbe Magistri

Discipulus, solumq; refers a nomine Christum

Solum a ueste refers, cuius immiserit hosti,

Vt doceas, tunc terga dabis, placidamq; quietem

Defidiose petes, atq; hæc suggesta relinques

His titulis atq; hoc prætextu in plæbe notari

Non magni facies ultro Christumq; negabis.

Vtuncq; hæc aliquis tamen æstimat, omnia uincit

**Petrus** Quæ tua præcipue est, puræ simulatio mentis.

**Maier** Præterea nemo est ex uulgo indoctior isto.

**indoctis.** Audax nemo magis, sed enim qui pessimus omni

Creditus e numero est, tantum hoc sibi censet iniquū,

Quod tecum ingreditur, quodq; hoc seruire triūpho

**Francia** Tecum ferre malum, uel eandem cogitur Iram,

**orientalis** Francia magnanimæ semper fecunda iuuentæ,

**Petri** Nobilitate uirum nullis regionibus impar,

**patria.** Et nulla inferior, dic quid magis ante pudendum

Producti hac sobole; te scilicet ista cicatrix

Dedecet, ista uomex, tu per dite nominis huius

Atq; huius labes populi, tu stigma pudorq;

Inuentus fueris: neq; te prius omnia pessum  
 Numina, sic meritum dederint, sed iam isto triūpho  
 Vna mora est. Idira lues, i pessima mundi  
 Progenies, multis pudor & scelus, at decor uni.  
 Viuere quem nolint omnes, quem uiuere solus  
 Haectenus haud nolit Capnion, & gaudeat unus  
 Isto fune trahi, atq; istas mordere cathenas

Dicas lo, si se nouit Germania, dicat.

Quoq; uidet propius festos accedere currus,  
 Hoc magis ingeminet, bis lo bis loq; sonando.  
 At quis quis clamabit lo mecum, hoc aget unum.  
 Pullatumq; gregem captorum, & inertia Fratrum  
 Agmina missa libens faciat, nec spectet euntes  
 Ultra ipsosq; duces, & adhuc sine nomine uulgus.  
 Numinaq; & spolia, & cessantia deserat arma  
 Fertula nulla oculis obeat, nec cogitet ultra,  
 Sint ea grata licet, quæcunq; occumbere iussi  
 Amisere hostes, solo in Capnion moretur.  
 Hunc oculis hunc mente uirum gerat, illius istum  
 Det celebretq; diem fortunæ & casibus æquis.  
 Ventum est ad currus, ita nos foedissima frustra  
 Detinuere diu turbæ spectacula inanis.

Dicat lo, si se nouit Germania, dicat.

Hæc armenta, atq; hos auratos cornua tauros,  
 Corpora lecta iubet sacras sibi uictor ad aras  
 Voti compos agi. Superis ea uictima saluo  
 Pro Capnion cadet, sequitur factura ruenti

Plauden  
 dum triū  
 phanti  
 Capni.

Hostia  
 Capnio  
 nia

E. ii

## CAPNIONIS

Musici Lætitiã populo Musis gratissima turba.  
 Capniõĩ Omnibus unicolor tunica est, & candida uestis.  
 canentes. Serta gerunt capite, & nexas e fronde coronas  
 Populea, tenduntq; manu frondentia palmæ  
 Victricis folia, sparsumq; in termite fructum.  
 Pars cithara, pars uoce canunt, pars cornua rauco  
 Implent curua sono, perflant tibicine mixto  
 Ille tubas, alius triplici tortum ordine circum.  
 Sunt qui fila liræ, sunt qui testudinis amplæ  
 Transadigunt neruos digitis, chordasq; pererrant.  
 Barbatos huic dulces, huic dat sua tibia ludos.  
 Huic pulsatur ebur, sonat huic cita pectine buxus.  
 Ferratos ferit hic crates, ille ordine iunctos  
 Folle premit calamos, tresq; elicit impete uoces.  
 Diuersas uno, sunt & Corybantia matris  
 Aera phrygis, dantq; ingentem percussa boatum  
 Tergora tensa bouum, feriuntur sydera cantu.  
 Lætitiã Accipiunt montes, acceptaq; carmina reddunt.  
 in trium Percussæ reboant ualles, syluæq; uicissim  
 pho Cap. Exaudita canunt. Mirantur numina ruris,  
 Faunicq; Dryopesq;, & quæ sua flumina seruant,  
 Quæq; deæ fontes, & florea prata nemuscq;  
 Et uirides curant saltus, Capniona canenteis  
 Obseruant numeros, repetuntq; ea gaudia secum.  
 Interea lecti iuuenes pueriq; suauĩ  
 Concentu mulcent aures, & grande coacta.  
 Harmonia modulantur epos, concinnasq; mixtis  
 Addunt uerba modis, Capnionis habentia laudes.

TRIVMPHVS

Hic uir hic est ciues, quem uos paulo ante petiſtis	Laudes
Mille dolis, mille infidiis, atq; arte maligna,	Capniōis
Promiſſa doluiſtis ope, hæc uenerabilis illa eſt	inferſitiæ
Canicies ſancti capitis, cui debet honorem	
Et cui ſemper habet plenis Germania uotis	
Virtute illuſtrata uiri. Hic eſt ille ferorum	Fortitu
Intrepidus domitor monſtrorum, inuictaq; maſtix	do Capn.
Qui temere fratres auſos, temereq; Sophiſtas	
Laudis opus plenum, et memorandum in ſecula factū	
Contudit, & multa trepidos formidine ſternens	
Intactam aſſeruit ab iniquo iudice famam.	Innocētia
Qui debellatis infanda parantibus omni	Capniōis
Exiit opprobria ſeſe, ementitaq; liquit	
Post tergum ſcelera, atq; e ſuſpiciōe remerſit	
Quam facti tenuere rudes, hæc gloria ciues	
Hæc illa inuidia eſt, multorum exercita niſu	Inuidia
Atq; uno deſenſa animo, Diis gratia nunquam	cap. apud
Non ſcelera ulciſci, uetitoſq; uolentibus auſus.	malos.
Dicat lo, ſi ſe nouit Germania, dicat.	
Inq; inculpatos referat clariffima faſtos	Capn. res
Facta uiri, memoriq; omneis æternet in annos	geſtæ in
Decreto, tituliſq; & quos decernit honores	faſtos.
Victori populorum, & qui ſe in ſanguine merſit	
Hoſtili, quiq; armorum præcelluit uſu.	
In Magnum Capniona ferat, qui ſanguine nullo	Victoria
Nulla hominum ſtrage, & nullo ſœlicia ferro	Capniōis
Prœclia confecit, quibus haud ſua nomina tantum	
Extulit, atq; a ſe ſeralem propulit iram	

## CAPNIONIS

- Cap. cōis **Li**uentis populi, uerum communia multis  
 libertatis **Ver**bera sustinuit, clypeoq; excepit acerbam  
 assertor. **In**uidiæ plagam & pro multis irruit unus  
 Millia tot fratrum, rapturamq; omnia flammam  
 Præcipiti extinxit saltu, quæq; impia non sunt  
 Scribendi proprio reparauit iura perido.  
 Neue unis liceat Monachis, unisue Sophistis  
 Libera uerba loqui illius uirtute paractum est.  
 Vos quibus inuidia est Lethæo occludite somno  
 Liuentes oculos, finite immortale triumphet
- Capn. im **Qui** decus immortale meret, uiuitq; uolatq;  
 mortali **Dot**ibus ingenii, quem nos conferre superbo  
 tas. **Poss**emus Latio, cui non mutabilis aufert  
 Annorum series, quicquid sua facta dederunt.
- Cap. indu **Hic** uir hic est ciues, qui non torporis inerti  
 stria **Seg**nicie secordis agens, quæsiuit honores,  
 Verum acri studio atq; opera, multoq; labore.
- Capn. de **Qui** grauibus rebus quæsitus Cæsaris egit  
 Cæfare **Et** patris & nati causas, qui plurima fecit  
 bñmerit<sup>9</sup> **Plur**ima qui docuit, non uentri obnoxius unquam,  
 Et nunq; indulgens, quiq; ut nos uera doceret,
- Cap. pro **Quæ** non dura tulit, cui non se inferre perido  
 uero **Est** ausus, qui se temere non Ennius olim
- Cap. qua **Ad**scripsit tria corda sibi, nos quattuor isti  
 tuor cor **Iure** bono dabimus, scribenti apteq; loquenti  
 da habet. **Quattuor** in linguis, patria, græcaq; latinaq;  
 Et tandem hebræa. Quare infantissima fratrum
- Cap. opa. **Plæbs** sileat, quis enim melius multa ardua scribet,

TRIVMPHVS

20

Rectius, & dicet, q̄ qui multa ardua nouit?  
 Hic uir hic est ciues, qui q̄ quis legerit alter,  
 Plura dedit calamo, qui primus Comica scripsit.  
 Germanisq; suis sc̄enam patefecit, & amplam  
 Ostendit caueam, uetuitq; silere theatrum.  
 Plurima qui numero, qui plurima lege soluta  
 Condidit, inuenit qui multa incognita nobis  
 Optimus interpres, qui certe pluribus annis  
 Ante duces summos in Cæsareoq; senatu  
 Ius dixit, q̄ quis studuisse putabitur alter.  
 Qui quo non uerum argueret, uerumq; doceret,  
 Nullius expauit uires iramq; minasq;.  
 Simpliciter semper, sine pompa semper inani  
 Citra omnem inuidiam, nisi quam sua lucida uirtus  
 Ut fit, apud sciolos peperit sibi, docticulosq;.  
 Hic uir hic est ciues, cui si Germania posset  
 Ipsa loqui, tota in uocem consurgeret unam.  
 Maeste graui uirtute senex, tu moribus istis  
 Atq; isto ingenio paris immortalia laudi.  
 Ornamenta meæ, per te ne barbara dicar  
 Aut rudis effectum est. Te nunc ego grata saluto.  
 Te grata amplector, te grata remunerero, pro tot  
 In patriam meritis. Quicquid debetur honoris  
 Qui seruat bello, uel qui me liberat armis,  
 Accipe. Præterea iubeo meminisse nepotes,  
 Et nomen celebrare tuum. Salue inclyte uindex  
 Victor aue, dilecte deo, dilecte parenti  
 Fœlix prole tua, fœlix tu Phorca superbo

Cap. Co  
micus.

Cap. iure  
consultus

Cap. syn  
ceritas

Germãia  
Capniõĩ  
loquitur

E iiii

## CAPNIONIS.

Semine, felices etiam materq; paterq;  
 Qui mihi, qui uobis talem genuistis alumnum.  
 Diceret hæc certe, caneret Germania certe  
 At nos interea, quando hoc ita tempora poscunt,  
 Grata triumphanti canimus. Ne dicite ciues  
 Quenquam istas laudes merito maiore tulisse.

Dicat lo, si se nouit Germauia, dicat.

At iam se nouit, sensit se, sensit ad unguem.  
 Et succelamat lo miro lætissima plausu.  
 Dicite lo ciues, & lo bis dicite ciues.

Supplica  
 tio.

Visite honore deos, onerate altaria donis  
 Et uotas offerte preces, date munera grati  
 Pro conseruato Capnione. Idq; omnibus annis  
 Constet opus titulo. Neue obscurata uetustas,  
 Eximat hoc famæ, titulo superaddite carmen.  
 Pro debellatis Capnioni dona Sophistis.

Hos inter cantus, hæc inter carmina, & inter  
 Plaudentis populis strepitum, pulcherrimus alto  
 Inuehitur curru Capnion, & lumina pascit

Currus  
 triūphan  
 tis Capn.

Spectantis turbæ, pulchras agit ipse quadrigas,  
 Non tamen ex auro, solido non ex argento  
 Quo uehitur, quo uictor ouat, qua mole triumphat,  
 Cedrinæ iunxere trabes, & uiuida buxi  
 Robora, iuniperiq; leues, & uimina Daphnes.  
 At folium teretes hederæ complectitur axes  
 Vestit idem radios, at curuatura supernæ  
 Cincta rotæ uiolis, & rore innexa marino.  
 In totoq; rosæ in toto sunt lilia curru.

TRIVMPHVS

Pulegiumq; uirens, & odore gramina Minthes.  
 Et myrtus Veneri, & Phoebo nascens hyacinthus.  
 Saluacq; & nullis obnoxia ruta uenenis.  
 Et salianca recens, & amaracus additur istis  
 Aureus abrothani flos, hyssopiq; uirentis  
 Germen, & ex omni quicquid congestimus horto,  
 Frondentis, uel odoriferi. Stat florida sedes  
 Floridior sedet ipse super, cui prima uenustas  
 Et primus decor est, albentia tempora canis,  
 Quæ mixtim nexæ lauroq; hederac; coronæ  
 Circundant, capitiq; instat uictoria duplex.  
 Dextra Oculare manus speculum tenet. Illius ergo  
 Nomen enim libri est, fratres in bella coacti,  
 Atq; Vbiæ schola gentis erat, rapuit uaser ansam  
 Verpus ab hoc, monachisq; dedit, q; turbine moto  
 Imbelles acuire iras, hinc illa repente  
 In Capnione uiri confata est factio liuor  
 Hinc uagus emerfit, præter qui Teutonas urbes  
 Et doctam Italiam & fuscis impleter lberos.  
 Pannonas, & populos, quos Rhæticus Ister  
 Quotq; secat Rhodanus, q; inundat Sequana gentes  
 Quæq; Calydonios penetrauit turba Britannos.  
 Hic liber est, atq; hoc congesti insigne duelli,  
 Notum laude sua, quod cum phanaticus igni  
 Ferret Hogostrattus, Capnion uictrice Minerua  
 Eripuit, tutumq; tenet, semperq; tenebit,  
 Ingenii monumenta sui, monumenta pericli.  
 Leua gerit teretem uictrici ex arbore ramum.

21  
Capnion  
triūphās.

Speculū  
Oculare  
Cap. liber

E v

## CAPNIONIS

Cæsareas aquilas thorax uiricia signa  
 Qui post Pictis habet, uirides circum est effusa quadrigas  
 currum Iureperita cohors, uatum exercitus omnis.  
 Capniōis Ingenioq; omnes clari, studioq; frequente  
 Laudati, quosq; effecit doctrina celeberris.  
 Qui ue aliquo meruere coli pacto. Omnibus istis  
 Mens erat in flammam, supremamq; funera uicto  
 Cum Capnione trahi, & medio in certamine siqua  
 Forte laborasset, prompti concurrere, prompti  
 Auxilio succedere erant, summisq; periculis  
 Foelices animas dulcemq; exponere uitam.  
 Centum Italos uideo, centum hac ex gente poetas.  
 Et totidem iuris doctos, sed nomina nondum  
 Omnia nota mihi, uideo a Capnione notari  
 Quenq; suo titulo, uideo impertire salutem.  
 Omnibus his non uilis honos, omnesq; uirenti  
 Fronde coronat helyx. Da nunc da Phorca triumpho  
 Da pompæq; locum. Nunc tu, communiter omnis  
 Nunc læta, atq; hilari percussa ad sydera uoce  
 Dicat lo, si se nouit Germania, dicat.  
 Hoc omnes uincant, hoc omnes iure triumphant.  
 Parafce Moribus, atq; animis istis, uirtutibus istis.  
 ue. Quiq; sequestratis uiribus, & fraude remota  
 Vixerunt, quicq; immunes scelerumq; malorumq;  
 Exegere dies, studiosaq; pectora ueri.  
 Innocuiq; omnes, & quorum libera corda  
 Pro Christo fuerant, & religionem parentum,  
 Et certare uiris, & ferre extrema parati.

Quiq; odio fratres eneruatosq; Sophistas  
 Ob scelus, aut certe ob cuncta ignorantia corda  
 Sectati fuerant, iterumq; iterumq; triumphent.  
 Et titulo Capnionis ouent, sua gloria dignis  
 Eueniat, sed nunc Capnioni ex omnibus uni  
 Dicit Io, quia se nouit Germania. Dicit.

## AVTOR THEOLOGISTIS

**L**Aqueum sumite Theologistæ, Viginti am-  
 plius sumus in infamiam ac perniciē uestrā  
 cōiurati. Debetur hoc Capnionis innocētiæ.  
 Debet uestro sceleri. Debet Reipub. literariæ. Immo  
 bono hoc qdam fit Christianæ religionis fato, cui uos  
 obscurata luce, pudēdas inuexistis tenebras, qbus nos  
 expulsis ac effugatis, Christianū Diis atq; hoib⁹ plau-  
 dentibus illustrabimus orbē. Renuatus est Hieronym⁹.  
 Nouū testamentū lucē induit. Multa ex hebreo, multa  
 ex grecis eruunt. Ardet op⁹. Interea uos qd agitis, cur  
 qs Theologos uos uocet? Nēpe hoc, ut agentē hęc  
 Capnionē, literis ac tēporū nostrorū gloriæ adimat. Proinde  
 laqueū sumite. Multorū ore uobis canit, qru  
 non idcirco sum ego optimus, qa primus, sed idcirco  
 primus, qa minime patiens morę. Vos igitur moneo  
 Cōiurati, adeste incūbite, ruptus carcer est, iacta alea,  
 regredi nō licet, obscuris uiris laqueū p̄bui, nos uicis-  
 sim herbam sumemus

Maximiliano Austrio Romanorum ac Germa-  
 norum Imperatore Inuictis. Rerum ha-  
 benas Moderante.